



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Epitome Instituti Societatis Jesu**

**Sesti, Curtius**

**Bruxellis, 1690**

Sect. I. Eorum Dotes, Electio Cessatio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

Si verò fuerit novus Provincialis, utetur iisdem recitatis Informationum capitibus: modus verò procul dubio ab eo, quo Visitator uteretur, omnino diversus esse debet: nam cum nec ab eo Provincialis, qui officio defunctus est, corrigi debeat, nec quæ ab eo statuta sunt, immutari possint; huc tantum spectabit, ut liquidò intelligat, præsertim à Consultoribus Provincialis, in quibus is erraverit: & de iis sincerè Generalem informet; ita tamen ut antea à Provinciali, de quo agitur, accipiat rationem eorum, quæ illi obijciuntur. *d*

*d* Or. c. 9 §. 3.

## C A P U T II.

De Commissariis, seu Visitoribus,

### S E C T I O I.

*Eorum Dotes, Electio, Cessatio.*

*Eorum munus.*

I.



Uoniam Præpositus Generalis, licet visitare Societatem aliquando possit, tamen ordinariè Romæ Sedem habere debet; *a* dimittit subinde viros primariæ auctoritatis, qui loco sui Provincias obeant (unde & Visitatores appellantur) seu etiam cum

*a* P. 8. c. 1. §. 7.  
& H. & c. 5. §. 6.  
1. & Paul. V.  
pag. 310.

cum aliqua gravis causa alicubi hoc extraordinarium officium postulaverit. *b* Adhibiti præterea sunt aliquando à Generali, ad affinem operam, non autem auctoritatem, nonnulli Viri graves, qui Inspectores dicebantur. *c*

*b* C.1.D.91. & C.2.D.11.

*c* In. 10. §. 2.

2. Visitatores igitur, seu Commissarii (nam unum, idemque munus duobus hisce nominibus consuevit appellari) cum gerant officium Præpositi Generalis proprium, & ad bonam Societatis gubernationem pernecessarium; non solum quæ de Persona Provincialis initio ejus Regulorum dicuntur, ipsi sibi dicta existiment; sed etiam tales se in omnibus exhibere studeant, qualem Generalem ipsum Constitutiones describunt. *d*

*Dotes*

3. Eorum electio spectat ad Generalem. *e* Nec constituendi (ut sub initia Societatis moris fuit) ita ut continuum, & quasi ordinarium officium habeant, sed cum necessitas, vel utilitas magni momenti hoc officium, judicio Præpositi Generalis, requirit. Ad visitandas verò Provincias tertio, vel quarto quoque anno, vel quando Præposito Generali videbitur mittendi sunt: omnesque pro ejusdem Generalis arbitrio, eodem officio defungantur. *f*

*d* In. Visit. §. 1.

*A quo. Et quando constituendi removendique. e* P. 9. C. 3. §. 16. & 20. & Greg. XIV. p. 281.

*f* C.1.D.91. & C.2.D.11.

4. Præterea in Europa eorum munus expirat

*Quomodo cessant ipso jure.*

g C. 1. D. 91. &  
C. 4. D. 3.

pirat per mortem Generalis : at extra Europam minimè; ubi nominationes eorundem sunt executioni mandandę etiam post mortem nominantis , quoadusque hujus Successor aliud statuerit. g Et si ibidem Visitator aliquis redditus sit inutilis , fiet quod supra Cap. 1. Sect. 1. §. 5. expositum est ex Decr. 40. Con. 9. Nam in Indiis ordinarium alicubi habetur munus Visitatoris ; & triennio , ut reliqui Magistratus , ferè concluditur.

### SECTIO II.

*Jura, & obligationes Visitatoris.*

*Eligere potest  
Congregationem  
ex alterutra  
Provincia.*

I. **C**eterum licet Generali demortuo Visitatoris Officium in Europa expiret; liberum tamen ei relinquitur, aut Provinciam Congregationem adire in ea Provincia, in qua tum fuerit; aut redire ad suam: atque in utravis, tam activum, quàm passivum suffragium habebit; ita tamen, ut ad ingrediendum in alienam, quam visitavit, debeat requisitam Professionis antiquitatem habere, tum in illa, tum in sua; & ingrediatur extra numerum. Si verò ad suam Provinciam redeat; ut Congregationem ingrediatur, sufficit habere in ea Professionis antiquitatem, & intra